



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Opus pulcherrimu[m] de tribus vsitatis christianoru[m]
actibus: oratione videlicet: ieiunio [et] elemosyna**

Guntherus <Parisiensis>

Basilee, 1507

VD16 G 4140

Liber terti[us]: De s[e]c[und]o conte[n]to oratio[n]is.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30791

aut etiā heretic⁹. De illis autē electis ⁊ reprobis hic accipi volumus: q̄ ab eterno v̄l reprobati sūt v̄l electi. Dicunt em̄ vtriq̄: modo sc̄dm̄ etnā dei p̄scientiā: modo sc̄dm̄ p̄sentē et forte nō p̄mansurā iusticiā aut neq̄tiam. De p̄ma electiōe dicit ap̄stolus. Qui elegit nos añ mūdi p̄stitutionē. De sc̄do dicit in iob: q̄z esce behemot electe sunt: q̄a malign⁹ hostis nōnūq̄z eos q̄ p̄p̄ p̄sentē iusticiā electi videbatur/absorbet ⁊ sibi incorporat. Itē de p̄ma reprobatione legit̄ in malachia: Nūq̄d nō f̄t esau iacob. Et iacob q̄dem dilexi: esau autēz odio habui. Dissidē dei: reprobare est. De sc̄do hō in eodē ap̄lo: Prop̄t̄ h̄ tradidit eos deus in reprobū sensū vt faciāt ea q̄ nō p̄ueniūt. Nō em̄ hoc intelligēdum est/de eterna reprobatione cui⁹ nulla ē causa: s̄z d̄ ill̄ reprobis accipi debet/ q̄ merito minor̄ neq̄tie quam relinq̄re nolūt: deo deserēte labunt̄ in maiorē: vt q̄ in sordib⁹ est/ sordescat adhuc.

Liber tertius: de sc̄do cōtēto oratiōis.

H de p̄mo q̄dem cōtēto orōnis / videlz quis petat: ideo diligent̄ p̄secuti sum⁹: q̄m̄ ex hac distictiōne et alijs q̄ sequūtur eliciēdū erit/ quātū deus ap̄ire dignabitur: id q̄ q̄siru difficile est/ sc̄itu hō difficillimū: videlicet de obtinētia siue effectu oratiōis. Nūcigit̄ d̄ sc̄do. i. q̄d petat: nō

minori diligētia q̄rendū est.

Capitulum primū.

Refert enim quid petat orans: vtrū videlz bonum petat: an malū petat seu deprecet̄: an id petat q̄d ī sui q̄dē natura nec bonū nec malū est: q̄d mediū siue idifferens cōgrue pōt appellari. Bonū autē h̄ volum⁹ accipi: tā vitā eternā: q̄z omne id q̄d ad ipsam p̄merendā ⁊ capescēdā copatur ⁊ adiuuat. Malū vero p̄traria ratiōe: vel mortē p̄petuā: vel q̄cqd ad illā impellit ⁊ aggrauat. Mediū hō q̄d ī sui natura nec bonū nec malū est/ fm̄ p̄dictam boni ⁊ mali acceptiōne: s̄z ex vsu bene vel male vrentiū/ bonū malū ve efficit̄. Hōz q̄triū q̄dlibet/ in diuersa sp̄ez mēbra diuidit̄. Bonū q̄d p̄pe/ aliud ē remuneratoriū id ē vita etna: aliud vite eterne meritū: aliud meritoriū: aliud inspiratoriū: aliud p̄paratoriū. Bonū q̄d ē vita eterna: nil aliud ē q̄z de⁹ q̄ sūme bon⁹ ⁊ sūmū bonū: ⁊ oīm bonoz cā et finis est. Bonū etne vite/ meritū bonū op⁹ ē. i. bon⁹ act⁹: siue interior/ vt ment̄: siue exterior/ vt corp̄s. Bonū meritoriū ē p̄t⁹ id ē bona q̄litas mēt̄ q̄ ē velut q̄ddā boni opis istrumētū. Bonū inspiratoriū est infusio gr̄e sp̄eal̄: ex q̄ illa bona q̄litas mēt̄is p̄creat̄. Bonū hō p̄paratoriū remissio ē pctōz p̄ cōrritiōne cordis: q̄bus manentibus nūq̄z hō ad cetera posse. eē idē.

Eph. I

Job. 40.

Malach. I.

Rom. I.

Apoca. 22.

neus. Que tñ cōtritiō cordis ⁊ peccatorū remissio/immo ⁊ omnia q̄ sequunt̄ ex eadē spūsscti gratia ⁊ causam hñt ⁊ sortitū tur effectū ⁊ mercedē accipiūt. Spūs em̄ sc̄tus primo quidē purgat: secundo spirat: tertio format: quarto creat: q̄nto remunerat. Purgat culpā: spirat gratiā/format mentē/creat opationē bonā/remunerat ad coronam. Un̄ salomon ait: *Ecc̄s. I.* *Zustrans vniuersa in circuitu p̄git spūs ⁊ in circulos suos reuertit̄: nō locali discursu: sed nusq̄ absente potentia. Itē cū spūssctūs aque noīe frequēf designet̄/vt ibi: Flumīa de v̄tre ei⁹ fluent aque viue: fm̄ ea que dicta sunt. Et iā hic nō in cōgrue dici pōt: Ad locū vnde exeūt flumina reuertunt̄/vt iterum fluant.*

Capitulū secundū.

Debis ergo quinq; bonis q̄ petēda sunt orātib⁹/eisdēq; donis spiritalibus/put ipse donauerit quēadmodū pueniāt demonstrandū est. Cōuerso tñ ordine etiā ea pauloante enumerauimus: qm̄ ibi quidē illud p̄mōponēdū erat qd̄ oīm aliorū causa ⁊ finis est: debinc ordine retrogrado ad inferiora veniendū: hic ea sicuti pueniūt ita tractari/recti⁹ arbitramur. Pri⁹mū itaq; bonū ⁊ p̄mō necessarium: ⁊ qd̄ nisi p̄cesserit alia nō sequent̄: cōtritiō cordis est/cum

reus diuina visitante gr̄a incipit cogitare p̄ peccato/et tota mēte cōpungit̄: ⁊ sūt ei lachry me sue panes die ac nocte: ad imitationē illius q̄ dicebat: *Ps. 4.* *Za uabo p̄ singulas noctes lectū meū lachrymis meis stratum meū rigabo. Qd̄ cū fieri ceperit/adeſt statim pctōz remissio nec est in hoc ⁊ illud aliquid medi⁹ t̄pis interuallū testante scriptura: Pctōz q̄cunq; hora ingemuerit salu⁹ erit. i. salute dign⁹: v̄l saluti p̄merende idoneus. Et in euāgelio magdalenę velut in momēto pctā dimissa sūt: qz graui⁹ p̄terebat ⁊ saluatorē pl̄mū diligebat. Spiritus em̄ sc̄ti q̄ auctore id genit̄ velox est opatio: nec vnq̄ vlla rei difficultate tardat̄. Nam sicut aqua siml̄ influit ⁊ sordes eluit: aut vti flabrū spirātis aure simul spirat ⁊ puluerē exufflat: v̄l sicut calor ignis aut solis/cerā vel glaciē simul pcutit ⁊ liq̄facit: ita spūssctūs cum sit aqua mundificās/cor hominis parit̄ intrat et lauat: cū sit aura purificās/parit̄ afflat ⁊ oēs vitioz sordes euentilat: cū sit calor mollificās/p̄mō attractu omnē cōpacte v̄l indurate malicie resoluit duriciem. Deditignat̄ em̄ (teste scriptura) *Sap. I.* *cōtuberniū vitioz: nec habitabit in corpe subdito pctis. De p̄mō dicit dñs p̄ p̄phetā: Eſtū dā sup vos aquā mundā ⁊ mūdabimini ab oīb⁹ iniquamentis vestr̄. De sc̄do q̄ spūssctūs sit**

*Ps. 6.**Ezech. 18.**Luce. 7.**Sap. I.**Ezech. 36.*

De secūdo cōtento orōis. Folio. xi.

- Ps. 147.** aura flans/habes in ps: Fla-
bit spūs ei⁹ ⁊ fluent aque. Qd
ait pctā puluis/dicit Esaias:
Esa. 52 Cōsurge cōsurge/ excutere de
puluere. Flante igit aura spūs
scī ⁊ fluentib⁹ a q̄s lachrymarū
p̄tritionē cordis/oīm pctōz
oīno puluis exufflat. De tertio
quātū ad cerā ita legit in psal-
Ps. 67 mo: Sicut fluit cera a facie ig-
nis/sic pereant pctōres a facie
dei. De eodē q̄ntū ad glaciē: le-
Ecc. 3. git in lib: o filij syrach: Sicut
glacies in sereno/ ita soluetur
pctā vīa. Dicit aut hoc bonū p̄-
paratoriū: q: pilld ad sequē-
tia p̄paramur: q̄b⁹ nisi istud p̄-
cederet nunq̄ essemus idonei.
Que q̄dē appellatio licet huic
p̄mo speciali⁹ cōueniat/ cui li-
ber tñ p̄terq̄ vltimo nō absur-
de p̄gruere pōt: q: spūaliū gra-
tiarū hic ordo est/ vt sp̄ prior p̄-
Job. 1. paret ad sequētē/ dū p̄mo gra-
tis gr̄ am accipim⁹: deinde gra-
tiā p̄ gr̄a/ p̄ficiētes de virtute in
Ps. 83. virtute/ donec videat de⁹ deorū
in sion. Remissio nāq; pctōrū
p̄parat ad iusticiā: iusticia ex ra-
dice charitatē parit virtutē: h̄c
mouet ad bonā opationē: opa-
tio bona p̄cipit etne vite retri-
butionē. Horū igit bonorū (vt
dixim⁹) ordo tal est atq; p̄gres-
sio: vt p̄cedēs naturalit̄ causa
sit subsequētis: subsequēs ho-
p̄cedētis effectus.

Capitulū. iij.
Et aut aliud q̄ddā p̄-
paratoriū qd ⁊ p̄ordia

torū dicit pōt: tāto antiquius
his ordine ⁊ dignitate/ quāto
fons riuulis suis dignior atq;
p̄stātor/ etna videlz p̄destina-
tio: q̄ nos eternis bonis/ ⁊ no-
bis etna bona p̄parat ac p̄ordi-
nat. i. vitā etnā: ⁊ insup tēpalia
q̄b⁹ illā adipisci valeam⁹: ea .s.
q̄ q̄ttuor reliq; sp̄erū vocabul⁹
designant. Qd iō ab hac exclu-
sim⁹ diuisione: qm̄ orōis effect⁹
de q̄ nobis agere p̄positū est sp̄
pendet de futuro: diuine aut p̄-
destinationis ordo/ ab eterno
certissime p̄fixus est: nec vlla
valet rōne labefactari. Nemo
itaq; perit vt eū de⁹ p̄destinet/
aut p̄destinauerit: q̄uis illd qd
nō nisi p̄destinat⁹ p̄ringere pōt
id ē vitā etnā optēt oēs ⁊ po-
stulēt. Verba siq̄dē impatiua
q̄b⁹ tāq; de p̄catūis orātes vti-
mur/ sp̄ ad futurū p̄tinere neces-
se est: siue illd iā cepit fieri/ ⁊ vt
diut⁹ fiat impat⁹: vt si puero iā
legēti dicas/ lege. i. pseuera in
legēdo: siue nōdū fit/ s; mori fie-
ri iubet⁹: vt si seruo quē mittis
ita p̄cipias/ statim redi: siue post
al: qd t̄p̄is intersticiū: vt si dire-
ris/ cras redito. Sūt tñ apud
grecos audaces ⁊ copiosos/ vo-
cū inuētores/ vba impatiua tē-
porū p̄teriti: cū aliqd qd nōdū
est fieri iubet⁹/ vt sequenti t̄pe pos-
sit eē p̄teritū: vt si domo digre-
diēs ita impes suo tuo: crasti-
na die cū rediero apta sit mibi
inua. In hac em̄ locutiōe idē
greci q̄ nihil sibi in grāmatica

Deesse patiunt: p his duabz vo
cibz apta z sit/vnā tm hnt vocē
īperatiuā: quā p eo q rē iubet ī
futuro fore pteritā/pteriti tps
esse/vel audacter cōfirmār: vel
subtilit̄ mentiunt̄. Que tm ver
ba ad futurū temp^o habere re
lationē: z ob hoc futuri tps ve
rius estimandā: diligēt^o intuē
ri nō erit ambigū. Cū igit̄ ni
hil nisi v^l futurū v^l tanq̄ futu
rū v^l impari valeat v^l orari: cō
stat illud bonū eterne pdestina
tiōis qd̄ oibz antiqui^o est/tem
porarie ordni nre/ z tm ad fu
turū ptinenti/subiacere nō pos
se: ob quā etiā cām vt dictū est
illud a pmissa diuisiōe seclusi
mus. Dicit̄ aut̄ bonū pparato
riū oim̄ aliorū: qz pmo pparat
nos ad grām: scdo ad iusticiā:
tertio ad meritū: q̄rto ad pmi
um. Ad grām pdestinādo fm̄
gfe electionē: qz pdestinatio nō
est aliō qz gfe pparatio. Ad iu
sticiā pcrā remittēdo/ p cordis
cōtritionē: qbz remissis/ statim
adeest iustificatio. Ad meritum
v̄tutes generādo p bonam mē
tis qlitatē: sine q̄ nūq̄ ad merē
dū essem^o idonei. Ad pmiū pfi
ciendo p bonā opationē: sine q̄
eternitatis pmiū iudicaremur
indigni. De prima pparatio
ne que est ad grā: dicit̄ Esa
as: *Oculus non vidit nec au
ris audiuit nec in cor hoīs ascē
dit: q̄ pparasti de^o diligētibz te.*
De scdo q̄ est ad iusticiā/ legit̄
in qdā loco: *Ad dō pparat̄ cor
ps. 88. hoīs, Et in ps. Preparabit̄ ve*

ritas tua in eis. i. iusticia p fidē
in aplis. De tertio q̄ est ad me
ritū gaudebat ps. cum diceret
Parat^o sū z non sū turbat^o vt
custodiā mādata tua. De vlti
ma q̄ est ad pmiū: dictū est illō
in euāgelio: *Venit sponsus: et
q̄ parate erāt intrauerūt cū eo
ad nuptias. Et pma qdē q̄ est
fm̄ electionē ab etno complera
atqz cōsumata est: anqz eēt cui
aliqd̄ pparari aut pdestinari
posset: sicut ait ap^lus: Qui ele
git nos an̄ mūdi constitutionē
zē. Reliq̄ dō tres in nobis qdē
q̄ rēpori subiacem^o tpalit̄ eue
niūt: s; tm ab illa etna pdestina
tiōe certissima ordinis rōne de
scēdūt. Siqdē anqz eēt hō cui
v^l pcrā remitti/ v^l v̄t^o infun
di/ v^l bonū op^o cōferri posset:
ita deo pordināte digestū ē: vt
hō postea futur^o hoc ordine di
uine gratie bñficijs vtens ad p
paratā sibi bñtudinē pueniret.
Primū igit̄ z summū oim̄ bo
noz est/ diuine bonitat^z electio/
p eternā pdestinationē. Scdm̄
est bñd^z remissio/ p cordis cō
tritionē. Tertiu iustificatio/ p
anīe puritatē. Quartū v̄tutis
adeptio: p bonā mētis affectio
nē. Quintū iusticie cōsumma
tio: p boni opis exhibitionem.
Ultimū/ eterne bñtudinis pce
ceptio/ p iustā retributionē.*

Capitulū quartū:

Habacigit̄ distinctiōe iā
nifalloz z illō innotuit
qz bonū qd̄ libet aut est

ps. 28

Matth. 29

Eph. 1

1. 6. 2

2. 6. 2

Esa. 64.

ps. 88.

pparatoriu et non pparatu: aut pparatu et non pparatoriu: aut pparatoriu et pparatu. Preparatoriu et non pparatu/ est eterna pdestinatio: q alia oia pparat/ et a nullo pparat: qm ipam nihil pcedit. Prepatu et non pparatoriu e eterna btrudo q alijs oib pparat/ et ipa nihil pparat qz post ea nihil subsequit. Preparatoriu et pparatoriu/ est qdlibet alioz i medio positoz: qm eoz qdlibet/ aliud pcedit et sequit. Et illa qde respectu pcedenti pparata: respectu ho sequenti/ pparatoria iure noiant.

Capitulu quintu.

De inspiratorio bono.

Sed de pmo qdez bono qd oranti petendu est/ remissio videlz petozu qd et spali pparatoriu dixim: sicut vt credim copiose dictu e: nuc de se o qd ispiratoriu placuit appellari/ qd sentiri valeat videm. Est igit ispiratoriu bonu/ cu spuscus inueto si bi aditu q prius vicioz sordibz obstructerat: aie ia purgate liberior influit: et ei dona gratie sue paulatim inspirat. Veru h adeo subtilit et occulte: vt nec ille cui res agit nec ali p sentire queat: sic scptu e: Spus vbi vult spirat/ et voc ei audis: sz nescis vni veiat: aut q vadat. Et pmi qde i ipa aia iusticia/ vel creat/ vl recreat: creat vtiqz p fi de q iustificat ipu: si illa prius

no aderat: recreat ho p innocetie puritate/ si fides pri affuerat: sed suffocata vitijs/ exanguis iacebat et mortua. Deinde aut et alia spualiu graz carismata/ vtpote btrutes et opa bona: cotinuo (vt ita dixerim) flatu no desinit inspirare. Non em vni vent iste aeri ita scri qz spus aura nuc icipit flare: nuc sponte desistit: sz ex q semel spirare cepit: nisi rursus vicioz sordibz excludat: nuqz sui flatu tenore vl intrupit vel termiat: Ex q fit vt hoc qz vocabulu .i. inspiratoriu/ eque vt pcedens cuilibet hoz qnqz bonoz pter qz vltimo generalit coueniat: p eo qd nullu est gratuitu hominis bonu/ qd ide spuscus no inspirado infudat. Ultimiu aut illud qd est vita eterna/ hac appellatione non recipit: qz cu ad illd ventu fuerit/ aia ia i tuto posita/ no ta aspirari ad promouedu/ qz frui et qescere e dicenda: que admodu navis cu ad portu venient/ no eget vltorius venti spiramine: cui rñ officio ad portu ipm delata est. Lota qppe vita hois a pma couersioe vsqz ad beate vite pceptione/ vt vulgari vtamur exemplo/ spuale qddaz nauigiū est. Nauigaturo siqdem pmi salubris aure flatus aspirans prosperum iter maris et aggrediendi laboris optatum finem pollicetur. Ille vero blandientis aure temperie delinurus:

naue luto diurne stationis
 inherente/magno conatu ⁊ la
 bore trudit i fluctus:clauu in
 nouat: disponit remiges/ere
 cro malo veloz sinus expan
 dit. Quibus eade aura crebri
 or atq salubrior incubens: no
 pus nauē ipellere ac psequi de
 sistit/qz ipam cu omnib qui in
 ea sunt ad portu optate statio
 nis pducit. Mystice/teperies
 aure/spussancr e:nauta/pec
 cator volens corrigere vias su
 as: nauis luto infixa/mens im
 pressa sordib vitioz:clauus/
 ratio:remiges/animi sensus:
 velu/spei amplitudo:cursus
 maris/austerioris vite difficul
 tas:port/ eterne vite pceptio.
 Hui ego nauigatiois qz mo
 lesta sint initia:rex ipaz expe
 rimeto cognoui. Quis autē fi
 nis aut fruct⁹ futur⁹ sit:ille cu
 ius ē rex euētus certo sine me
 titi. Quoties autē h qn qnniū
 cū relicto seclō meliores aggre
 di vias ⁊ cupere ⁊ timerem/p
 totos fere alios decem annos
 blandientē mibi spusscti aurā:
 ⁊ me qsi in altrū vocantem aure
 cordis audiebā: ⁊ sic vir demū
 effectū est: vt nauem mētis mee
 de luto terrene statiois cui fixa
 semp inhererat/multum diuqz
 lucrando/ipo quoqz cooperā
 te plurimum adiutus emoue
 rem. Qd licz in hoc nauigan
 di initio felic⁹ mibi cessisse gau
 deam: non possum tū in tanto
 tāqz incerto presētis vite salo/

errores ⁊ pericula non timere:
 sciens qz cepisse multoz ē:per
 uenire qb⁹ deus annuerit. Tū
 meo h magnū mare ⁊ spaciosū
 manib in q reptilia quoz nō ē
 numer⁹. Timeo fluctus ⁊ pro
 cellas:timeo piratas et predo
 nes:timeo syrtes atqz cerau
 nia:cyclades incertas/ ⁊ flucti
 uagos symplegadū ꝑcursus: ⁊
 vt breuiter cōcludā:mille cau
 sas naufragij. Atqz vt ea que
 maximus ille grecorum poeta
 de laborib ⁊ periculis experi
 entissimi vlyxis; non tā poetice
 qz philosophice cōmentus est/
 ad mysterium referant:timeo
 lotophagos ⁊ sirenes:timeo le
 strygones et cyclopas:scylle la
 tratus ⁊ charybdis ingluuiē:
 veneficia circes/ leucorhoes ⁊
 calypsonis blanditias:iram
 neptuni/et pheacum delitias:
 et post oia viso tā parce fumo/
 ventos ruptis follibus erūpē
 tes:et relapse classis iteratos
 longosqz circuitus. Que omnia
 qd apd nos mystice significati
 onis habere valeāt:nā qd apd
 seclares philosophos q ea cō
 fuxerunt ipi viderint. licet mo
 rosū sit ac difficile:tū pp̄ sim
 pliciores qb⁹ ista legenda scri
 bimus/qz breuissime fieri pote
 rit explicem⁹. Fluct⁹ igit mar
 scādala sūt ⁊ pturbatioes seclī
 Procelle ab aere veniētes/res
 spect⁹ ire desup. i. diuine vltio
 nis idignatio. Que vtraqz spi
 ritualit nauigati timenda sūt:

Ps. 103.

Homerus in
odyssea.

Alyxes.

ne vltimū nimis occupatū tēpo-
raliū rerū fluctu absorbeat: vel
diuine vltimū ai aduersio me-
rito recidiue iniq̄rat̄ iuoluat.

P̄s. 68. **Uñ** dauid: Non me demergat
tēpestas aque. Possūt etiā per
pcellas ab aere veniētes/aeria
rum potestatiū .i. demonū furo-
res intelligi: q̄ cōuersos ad deū
hoīes et mare p̄sentis secl̄i trās
nauigare sine offēsa cupiētes/
magnis ac frēq̄ntibz temptati-
onū pcellis cōcutere atqz terri-
ficare non cessant: sic ait apl̄s:

Eph. 4. Nō est nob̄ colluctatio aduer-
sus carnē ⁊ sanguinē: s̄z aduer-
s̄ spūalia neq̄tie i celestibz. Pi-
rate q̄ grece ab igne denōiant̄/
p̄ eo qd̄ iniecto igne naues eru-
runt: ⁊ p̄dones q̄ spoliāt / ma-
ligni spūs sunt: qui aīas homi-
nū prauoz flāma desideriozū
p̄cremāt / spoliātqz s̄rutibus.

Luce. 10. Hoc mō spoliat̄ ē ille q̄ descē-
dens ab hierusalē i hiericho in-
cidit i latrones q̄ etiā despolia-
uerūt eū. Syrtes q̄ a syrin qd̄
ē trahere dicere sūt / eo qd̄ arene
fluctibz tracte / medio mari redi-
gūt i cumulos: ⁊ naues ita cir-
cūuallāt / vt nll̄a ratiōe valeāt
eluctari / occupatiōes sūt terre-
noz negocioz / q̄bz aīa circūuē-
ta ne ad portū optate salut̄ p̄-
uenire valeat it̄cepta p̄pedit̄.
Ab his syrtibz cauere monebat
apl̄us timotheū: cū ira loq̄ret̄:

2. Timob. 2. Nemo militās dō / implicat se ne
goc̄is secl̄aribz. Et alio i loco q̄
1. Cor. 7. bus dā loq̄ns ait: Uolo vos si-

ne sollicitudie eē. Ulyris saga-
cissimi viri per tot labores erro-
rūqz anfractus atqz picula / lō-
ga ⁊ famosa nauigatio / vitā il-
loz designat: q̄ p̄ mare hui⁹ se-
culi plenū erūnis / erroribz deu-
iū / suspectūqz naufragijs / ce-
lestē nitunt̄ redire ad patriā: q̄

Heb. 13.

possūt dicere cū apl̄o: Nō habe-
mus h̄ manētē ciuitatē: s̄z futu-
rā iqr̄im⁹. Et alibi: Per mul-

Act. 14.

tas tribulatiōes oportet nos i-
trare in regnū dei. Qui rei etiā
nōis ip̄i⁹ interpretatio videt̄ allu-
dere. Dicit̄ em̄ vlyres q̄i holo-

renos .i. oīm pegrin⁹: nā holo-
totū vlt̄ oīm: renos vero pegrin⁹
nō interpretat̄: qd̄ illis p̄gruit q̄-

1. Pet. 2.

bus dicit apl̄us. Obsecro vos
taqz aduēas ⁊ pegrinos. Qui
⁊ dicere possūt: Quādiu sum⁹

2. Cor. 5.

i corpe pegrinamur a xp̄o. De
q̄ pegrinatione dic̄ psalmista:

P̄s. 118.

Latabiles mihi erāt iustificati-
ones tue in loco pegrinationis
mee. Ceraunia que q̄si cornua

mar̄s interpretant̄: sūt em̄ scopu-
li altissimi i medio mari p̄minē-
tes: ⁊ cyclades abigie rupes /

videlz: q̄ nūc qd̄ apparēt / nūc
aq̄s operiūt: i numerā sūt vite
p̄sent̄ offēdicula / vlt̄ māifesta /

vlt̄ occulta: q̄bz eadē aīa i hui⁹
mūdi pelago frēq̄nter illidit̄:
occulta / veluti detractiōes eo-
rum cū q̄bz viuendū est: mani-
festa / vt p̄secutiōes extrinsece:

que oīmā mentē incaute nauigantis frēq̄nter occurſu suo
cōuellūt et lacerant. Symple-

gades vero id est rupes fluctu
uage/qs vt poete fingūt/tell^o
indignata se relinqui/post pri
mam nauem iaculata est: cure
sunt/q̄ relinquentes seculū de
rebus añactis / vel post se re
lictis psequunt: q̄ plerūq; mise
ram aiām ⁊ incautā elidunt ⁊
oppmunt: dū is q̄ seclō nō sat
pure renūciauit: ⁊ ip̄e plus pos
se cupit: ⁊ suis amplius pdesse
q̄ pri^o poterat i habitu seclari:
ac p hoc incepte nauigationis
miserādū incurrit naufragiū.
Scylla q̄ caput habēs h̄gine
um infer^o diuiso corpe canib^o
succintra ē: illos designare po
test/q̄ bonā faciē ⁊ vultū sim
plicē pferentes: in detractiōib^o
alioz latrat^o cani nos exercēt.
Charybdis vorago maris q̄ in
expleta auīditate fluct^o abso
bet ⁊ reuomit: illoz figurā te
net/q̄ crudeliter aliena rapien
tes/malo parta pdiga leuita
te refundūt: d̄ q̄bus ait poeta:
Querere vt absument/absum
pra req̄rere certant: atq; ip̄e vi
cīs sunt alimenta vices. Pōt
etiā p charybdim/ipacate men
tis incōstātia designari: q̄ tem
pationū fluctus nūc attrahēs
nūc expellens / incessant agi
tat. Lotophagi q̄ monstrum
maris dicuntur: lestrygones et
cyclopes hoīes crudelissimi q̄
carnibus humanis vescun
tur/monstruo si demones sūt:
q̄ carnalia pctā/imo ip̄os ho
mines carnaliter viuentes: q̄ si

deuorādo sibi incorporāt. De
quoz mḡro dic̄ petrus apl^{us}:
Sobriū estote ⁊ vigilate qz ad
uersari^o vester diabolus tanq̄
leo rugiēs circūit/q̄rēs quē de
uoret. Possunt etiā nequissi
mos hoīes designare: q̄ pu
riss^o filioz fraudib^o vel manifeste
vel occulte innocentibus ⁊ in
cautis rez aut corpoz aut etiā
aiaruz p̄niciē machinat. De q̄
lib^o dic̄ psalmista: Qui deuo
rant plebē meā vt cibū panis.
Neptun^o deus p̄ncepsq; maris
vt fingunt poete: q̄ p̄fatū virū
tanto furore pseq̄bant/ vt eū
sep^o nisi fata p̄hibuisset/ suis
fluctibus obruisset: ille est quē
saluator principē hui^o mūdi:
ap̄lus vero deum hui^o ecclī vo
cat: q̄ tendentes ad patriā cele
stem: nisi virtute diuine p̄desti
natiōis arceret/ tota mole ma
licie sue oppressos suffocaret.
Circe filia solis q̄ insulā aeriā
ihabitasse d̄: veneficijs ita po
tēs vt hospites incautos mon
strificis potiōib^o transferret in
beluas: terrena vbertas est/ q̄
calore et bñficio solis de terra
pgrediēs: blanda tēperie aeris
excipit ⁊ fouet: q̄ male vrentes
vel p supbiā in aues: vel p cru
delitatē in feras: aliū p desidiā
⁊ stoliditatē in asinū: aliū p glu
lam ⁊ imundas voluptates in
suem: alios in alia beluarū ge
nera: nō tā corpoz q̄ morum
mutatione trāformat. In auē
trāstulerat illū q̄ dicebat: Nō

1. Petri. 4

Ps. 52

De inspiratorio bono Folio. xiiij.

Daniel. 4. ne hec e babylō qm ego edifica
ui in gl'ia virtutis mee. In ferā
trāformauerat herodē vtrūq;
z etiā ip̄ssimū neronē: qz cun
ctis nota ē crudelitas. Zeuco
rboe z calypso pulcherrie nym
phe maris/ q̄ illū veneris vo
lupratib/ illectū/ diu detinuis
se referunt/ adeo vt socijs icre
pantib/ vir posset auelli: libidi
nē significāt: q̄ etiā reclamante
rōe/ z sensib/ animi dissuadēti
bus sapientem frequenter illa
queat. **Cui^o rei exēplo salomō**
esse pōr: cui^o sapiētia tādē amo
re mulierū subuersa ē: quē mu
lieres vt ait iesus filius sirach
etiā sapiētes apostatare faciūt.
Sirenes q̄ trahētes interpran
tur: poetice qdē mōstra mari
na sūt: adeo dulce canētia vt q̄
cūq; nauigātes audierint dul
cedine cant^o ad scopulos cau
tesq; nauifragas vl' inuiri rapi
antur z peant. At hō scdm rei
veritatē/ aiunt in locis qbusdā
mare ppetuū habere cursum i
modū rapidissimi fluminis: et
densis cautibus indefinenter
insilire: z ex eo sonū acutū atq;
dulcissimum pcreari. Quibus
locis cū tatū naute accesserint
vt ab eis sonus ille possit audi
ri: nō tam hute cantus/ vt fin
gitur: q̄ maris ipsius impe
tu proni rapiunt in scopulos:
et illis naufragio peunt. Hoc
autē difficile compertu est/ vel
magis ipossibile: cū null^o in lo
cis illis dep̄hēsus certe mortis

discrimen queat effugere. **S**is
gnificat autē sirenū cātus om
ne id qd̄ auditū n̄m vel ocio
se occupat: vel curiose trahit:
vel artificiose illicit: vel luxu
riose afficit: vel maliciose corū
pit. Ociose occupāt ea/ q̄ licet
non multū officiant: nihil ta
men edificant: vt gesta hercu
lis/ achillis/ bectoris/ vel alex
andri. Curiose trahunt: q̄ quā
uis in se causam mali non ha
beant: curā tñ q̄ deo debetur s̄
bi vsurpant: vt astronomia/ q̄
ppter solā curiositatem phibe
tur. Artificiose illicit: que fi
cta quidē sunt s; ipso mentien
di artificio magis placent: vt
fabule nasonis/ et que huius
modū sunt. Curiose afficiunt:
que ipso auditu libidinem in
citant: vt lyrica sapphonis: eo
legi nasonis: comedie menan
dri/ plauti vel terentij. Ma
liciose corumpunt: q̄ vel fidē
subuertūt vt necromancia: vel
alioz mala publicāt/ aut falsa
cōfingūt: vt satyre iuectiōes: l'
famosi libelli recitatio. Uenti
ruptis follibus erūpentes q̄s
socij pecuniā arbitrati cultro
confoderant ac per eos classis
a portu patrie quē attigerat in
alium repulsa: labores iterati/
et reditus in tempora multa di
latatus: fraterne discordie pe
riculū innuunt: quādo is qui
iam perfecte estimationis ha
beatur: conuitio fratris atq;
contumelia velut quodā cul

tro cōfixus: de folle cordis ubi
plen^o thesauro sapiētie putaba
tur/iracūdie ventos & turbine
furor^{is} effundit/ac p hoc a por
tu secure stationis in discrimē
morū et vite repellit/vix tan
dem post multū tps & laboris
ad illū quē deserit virtutis sta
tū rediturus. Optime nouerat
hoc ap^ls: q̄ cū multa periculo
rū genera seriatim enūerasset/
2. Corin. 12. post oīa subiunxit dicens: Pe
riculis ī falsis frīb. Hec sunt
q̄ gentiles philosphi de labo
rib^{us} & patiētia prudētissimi vi
ri/sub quodā fabularū integu
mento: nō tā mentiēdi libidine
q̄ publice vtilitat^{is} aspectu/ml
tis vite & documento morū fu
tura sapiēti cōfixerunt. Atq̄
vt vnū exprimat de plurib^{us} ex
emplū: sicut ille infusa pice tā
suis q̄ socior^{um} aurib^{us} surdo (vt
ita dicā) remigio illecebr^{os}as
sirenū cantus effugit: ita nos
ad oīa que corrupto auditu
nos in naufragiū morū trabe
re possūt/ aures opilare/ac ve
lut obsurdescere debem^{us} dicen
tes cū psalmista: Ego autē tāq̄
Ps. 37. surdus nō audiebā. S; quo
niā hui^{us} viri quē iā sepe dixim^{us}
nauigationē psequētes/ ipi q̄
nescio q̄ spū acti/ lōgus appo
sito velificādo decurrim^{us}/ tps
est iā stilū ad materiā reuocare.
Et qz iā duas spēs boni: ppar
atoriū. s. & ispiratoriū ita vt si
eri potuit tractauim^{us}: nūc ad
tertiū. i. meritoriū veniam^{us}.

Liber quartus: de me
ritorio bono. Cap. primū.

Meritoriū bonū volu
mus intelligi bonaz
mētis qlitatē/ quā ei
spūscūs/ bonoz oīm spiratoz
inspirat. Cū em̄ aura spūscī
purgate iā a vitijs anie/ac p b
iustificare placido flatu velut
qdā fauon^{is} cepit aspirare/ cre
at mox in ea ceu vernos flores
bonas q̄sdā ment^{is} qlitates: q̄
bus ipa mēs mouet: p̄mū qdē
ad act^{us} iteriores: deinde man^{us}
a. i. opis exterioris effectū: de q̄
bus vtrisq̄ paulo post euidēt^{er}
differet. Hec autē q̄tuor. i. pur
gatio aie p remissioez peti: rei^{us}
iustificatio: & bone volūtat^{is} in
spiratio: & act^{us} infior/ ita sibi cō
tigua atq̄ cōnera sūt: vt poti^{us}
ordine q̄ tēpe possint discerni.
Nā cū spūscūs mobil^{is} sit (sicut Sap. 7.
ait sc̄ptura) nō parit^{er} mētē quā
afflauerit ociosa eē & desidē: s;
eodē fere momento & purgat &
iustificat/ & afficit bona qlitate
& ad suas excitat actiōes: quē
admodū radi^{us} sol^{is} mox vt apra
fuerit fenestra sil^{is} intrat/ & illu
strat/ & calefacit/ & excitat itue
tes. Act^{us} hō extior cū sit corpo
ris/ tardior est: nec nisi inuēta
tps opportunitate: & rez extri
secar^{um} adminiculo valeat exer
ceri. Hec autē bona ment^{is} qlit
tas nō ex eo solo bonū merito
riū appellat: qz pparat nos et
idoneos fac ad merendū: b em̄